

Archidiaconus Lincopensis petiuit a nobis ut vobis per litteras nostras mandarem quod tercia pars communitatis silue vestre tam inculte quam in culturam redacte pertinens gracia donacionis regie ad curiam suam arbugha per se ad *vnam* partem silue assignaretur eidem Nos igitur iustis suis precibus attendentes vobis districte precipiendo mandamus quatinus ipsam communitatem infra spacium vnus mensis postquam ab eo uel ab eius certo procuratore secum presentes litteras deferente requisiti fueritis in tres partes equales diuidere studeatis jta quod archidiaconus siue *suus* procurator opcionem habeat vnam partem de hiis tribus quamcunque uoluerit eligendi datum anno dominj M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVI Jn crastino post Bartholomei apostoli.

1176.

1296 d. 25 Aug.

THORKEL KNUTSSONS befallning till Ölmestads och Skärstads församlingar, att enligt Kongl. Maj:ts bref utan gensägelse företaga delning af skogen med Ärkedjeknen Sune i Linköping.

B. 3. 95. v.

THURGILLUS KNUTSON illustris regis swecie marscalcus omnibus ylmstade & scherdestede parochias inhabitantibus salutem in domino volumus & auctoritate regia uobis iniungimus Quatenus mandatum regium prout in litteris suis continetur super communitate silue vestre inter vos & dominum sunonem archidiaconum lincopensem diuidenda sine contradictione qualibet adimplere studeatis prout regiam maiestatem diligitis inoffensam datum anno dominj M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVI sequenti die Bartholomej.

1177.

1296 d. 29 Aug.

Riseberga.

ODDE BRODDSSONS Bref om utbyte af åtskilliga gårdar till Riseberga kloster.

A. 3. n. 4: 14.

Vniuersis christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit ONDO BRODDONIS FILIUS Salutem in domino sempiternam Propter labilem hominum memoriam tenore presentis declaro quod cum domina priorissa & conuentu in Risæbiærgh commutationem prediorum feci in hunc modum. Jpse siquidem dederunt mihi Curiam quam habuerunt in rentunum nominatam glutrer XXIII. sol. terre & colonias duas .XII. sol. in Menbro cum omnibus suis attinenciis Pro quibus omnibus ego in plenariam recompensationem dedi eis Curiam in parochia hamar nominatam vnø .XVIII. sol. terre & quod habui de prediis adiacentibus Curie memorate. Jnsuper duas oras terre in snæwalundum & predium quod possedi in vnastum nec non & duos sol.

terre in widhellum & quicquid ibidem mee possessionis fuisse comprobatur perpetuo possidenda In cuius facti recognicionem & euidenciam pleniorum sigillum domini gerardi prepositi nericie procurauit presentibus apponendum. Actum in Risæbiergh anno domini M°.CC.XCVI. In die decollacionis beati johannis baptiste.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.

1178.

1296 d. 21 Sept.

Nyköping.

F. d. Konungen WALDEMARS Gåfvobref på Stora Wiby till sin trogne tjenare Bo Polen.

A. 7. a. 2: 23.

Omnibus christi fidelibus quibus Presens innotuerit scriptum WALDEMARUS quondam sweorum gothorumque Rex salutem in omnium saluatore Tenore presentis constare volumus tam presentibus quam futuris Quod dilecto famulo nostro booo polen ac heredibus suis Legittimis curiam nostram que dicitur Wibý magna cum omnibus suis attinencijs mobilibus & immobilibus pro suo fideli seruicio libere possidendam ac pro uoluntatis sue arbitrio ordinandam, de consensu predilecte vxoris nostre, nec non dilecti filij nostri Domicellj Erixi dono perpetuo assignamus Exposcentes nichilominus Karissimi Fratruelis nostri Dominj .B. sweorum gothorumque regis illustris beneplacitum huic nostre donacionj adhiberi, Quia uero non solum dicta sed etiam facta mortalium obliuionis senciunt dispendium ne nostre donacionis seu assignacionis tam uoluntarie & racionabiliter celebrate pereat, testimonium presentem litteram sigillo nostro necnon & sigillo dilecte uxoris nostre ac discretorum virorum uidelicet oari aduocati Nyhopensis, Gardianj fratrum minorum ibidem & confessoris nostri fratris thostonis, sigillis fecimus communiri per ipsam omnium nobis succedencium perpetuo calumpniam excludentes, Datum nyhophie anno dominj, M°.CC°.XC°. VI:to In festo sancti mathei apostoli & ewangeliste.

Sigillen N:o 1, 2, 3, något skadade. N:o 4, 5 andeliga.

1179.

1296 d. 1 Oct.

Stockholm.

CARL TYSKES, JOB MODERSSONS, SAXE fogates och Stockholms stads Magistrats intyg att St. Claræ kloster köpt 9 örtugsland jord i Wämblinge af Thorer Helsings arfvingar.

A. 3.

Omnibus presentes litteras inspecturis, KARULUS dictus THYDHISKI, JOB MODHORSUN. SAXO aduocatus, ac communitas ciuium de stokholm, salutem in